

fiant». **4** Qui respondens dixit:

«Scriptum est:

“*Non in pane solo vivet homo,
sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei*”».

5 Tunc assumit eum Diabolus in sanctam civitatem et statuit eum supra pinnaculum templi **6** et dicit ei: «Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim:

“*Angelis suis mandabit de te,
et in manibus tollent te,
ne forte offendas ad lapidem pedem tuum*”».

7 Ait illi Iesus: «Rursum scriptum est: “*Non tentabis Dominum Deum tuum*”».

8 Iterum assumit eum Diabolus in montem excelsum valde et ostendit ei omnia regna mundi et gloriam eorum **9** et dicit illi: «Haec tibi omnia dabo, si cadens adoraveris me». **10** Tunc dicit ei Iesus:

«Vade, Satan! Scriptum est enim:
“*Dominum Deum tuum adorabis
et illi soli servies*”».

11 Tunc reliquit eum Diabolus, et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei.

PRAEDICATIO ET SANATIONES IN GALILAEA: 4,12-18,35

*Iesus evangelizare incipit: 4,12-17
(12-17: Mc 1,14s L 4,14s)*

12 Cum autem audisset quod Ioannes traditus esset, secessit in Galilaeam. **13** Et relicta Nazareth, venit et habitavit in Capharnaum maritimam **14** in finibus Zabulon et Nephthali, ut impleretur quod dictum est per Esaiam prophetam dicentem:

15 «*Terra Zabulon et terra Nephthali,
ad viam maris, trans Iordanem,
Galilaea gentium;*

16 *populus, qui sedebat in tenebris,
lucem vidi magnam,*

4 isti lapides panes fiant. At ille respondens, dixit, Scriptum est, Non solo pane **vivet** homo, sed ex quovis verbo prodeunte per os Dei (Deut. 8, 3).

Dt 8,3 **5** Tunc assumit eum diabolus in sanctam urbem, **6** et statuit eum super pinnas templi: dicitque ei, Si

Filius es Dei, dejice te ipsum deorsum; nam scriptum est, Angelis suis praecepit de te, et *ipsi* attollent te in manus, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum (Ps. 91, II).

7 Dixit ei Jesus, Vici sim scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum (Deut. 6, 16).

Dt 6,16 **8** Rursum assumit eum diabolus in montem sublimem valde, et ostendit ei omnia regna mundi, **9** et gloriam eorum: dicitque ei, Hæc omnia tibi dabo, si prostratus adoraveris me. Tunc dicit ei Jesus, Abi, Satana; scriptum est enim, **10** minum Deum tuum adorabis, et illum solum coles (Deut. 6, 13).

Tunc missum fecit eum diabolus; et ecce, angeli accesserunt, et ministrabant ei.

12 QUUM audisset autem Jesus Joannem traditum **13** esse *in custodiam*, regressus est in Galilæam: et de- relicita Nazareth, venit et habitavit in Capernaum

14 *urbe* maritima, in finibus Zabulon et Nephthalim: ut impleretur quod dictum est per Esaiam propheta- tam, dicentem, Terra Zabulon, et terra Nephthalim, *ad* viam maris secus Jordanem, Galilæa gentium: populus pos- tis in tenebris vidi lucem magnam: et positis in regione et umbra mortis lux exorta est (Es. 9, 1. 2).

J 2,12 **15** dicentem, Terra Zabulon, et terra Nephthalim, *ad* viam maris secus Jordanem, Galilæa gentium: populus pos- tis in tenebris vidi lucem magnam: et positis in regione et umbra mortis lux exorta est (Es. 9, 1. 2).

Is 8,23; 9,1

¶ 4,4 ~ in solo pane C | vivit C W • 5 assumpsit C | super C • 6 dixit C W S | scriptum est enim] add. quia C W S | mandavit C • 8 assumpsit C • 9 dixit C W S | illi] ei C | ~ omnia tibi C • 10 enim om. S • 12 audisset] add. Iesus C • 13 relicta] add. civitate C W S | maritima C • 14 adimpleretur C S | dicentem om. C W S • 15 ad viam] via C W S | Galilæae W S • 16 ~ vidi lucem magnam C

*et sedentibus in regione et umbra mortis
lux orta est eis».*

L 1,79

17 Exinde coepit Iesus praedicare et dicere: «Paeniten-^{10,7}
tiam agite; appropinquavit enim regnum caelorum». ^{L 10,9.11}

*Primos discipulos vocat: 4,18-22
(18-22: Mc 1,16-20 L 5,1-11 J 1,35-51)*

18 Ambulans autem iuxta mare Galilaeae, vidi duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, et Andream fratrem eius, mittentes rete in mare; erant enim piscatores. **19** Et ait illis: «Venite post me, et faciam vos piscatores hominum». **20** At illi continuo, relicts retibus, secuti sunt eum.

21 Et procedens inde vidi alios duos fratres, Iacobum Zebedaei et Ioannem fratrem eius, in navi cum Zebedaeo patre eorum reficientes retia sua, et vocavit eos. **22** Illi autem statim, relicta navi et patre suo, secuti sunt eum. ^{8,21s}

*Turbae concurrunt: 4,23-25
(23-25: Mc 3,7-12 L 6,17-19)*

23 Et circumibat Iesus totam Galilaeam, docens in synagogis eorum et praedicans evangelium regni et sanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo. **24** Et abiit opinio eius in totam Syriam; et obtulerunt ei omnes ^{9,35 Mc 1,39}
male habentes, variis languoribus et tormentis comprehensos, et qui daemonia habebant, et lunaticos et paralyticos, et curavit eos. **25** Et secutae sunt eum turbae multae de Galilaea et Decapoli et Hierosolymis et Iudea et de trans Jordanem.

*Sermo in monte:
De vera iustitia:
5,1-7,29
(1-12: L 6,20-26)*

L 6,20-49

5 Videns autem turbas, ascendit in montem; et cum se disset, accesserunt ad eum discipuli eius; **2** et aperiens os suum docebat eos dicens:

Beatiitudines: 5,3-12

3 «Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum Is 61,1
caelorum..

¹⁶ et umbra] umbrae C • ¹⁸ autem] add. Iesus C • ¹⁹ vos] add. fieri C W S • ²² re-
licta navi et patre suo] relicts retibus et patre C W S • ²⁵ et^{3+4]}] add. de C
¶ ^{5,1} autem] add. Iesus C

17 Ex eo tempore cœpit Jesus prædicare, et dicere, Resipiscite; appropinquavit enim regnum cœlorum.

18 Ambulans autem Jesus ad mare Galilææ, vidi duos fratres, Simonem, qui dictus est Petrus, et Andream fratrem ejus, jacientes rete in mare:

19 (erant enim piscatores:) et dicit eis, Sequimini me, et faciam vos piscatores hominum. Illi vero statim, omissis retibus, secuti sunt eum.

21 Tunc progressus illinc, vidi alios duos fratres, Jacobum filium Zebedæi, et Joannem fratrem ejus, in navigio cum Zebedæo patre suo, sarcientes retia sua; et vocavit eos. Illi autem statim omisso navigio et patre suo secuti sunt eum.

23 OBIVIT autem totam Galilæam Jesus, docens in synagogis ipsorum, et prædicans evangelium regni, et sanans quemvis morbum et quemvis

24 languorem in populo. Et emanavit fama ipsius in totam Syriam; et obtulerunt ei omnes male affectos, variis morbis et cruciatibus detentos, et dæmoniacos, et lunaticos, et paralyticos; sanavitque eos.

25 Et secuta est eum turba multa a Galilæa, ac Decapoli, et Hierosolymis, et Judæa, et regionibus trans Jordanem sitis.

5 Quum vidisset autem turbam, ascendit in montem; et quum consedisset, adierunt eum discipuli ejus. Tunc aperto ore suo docebat eos, dicens,

3 Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

5,4-16

SECUNDUM MATTHAEUM

- 4** Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.
5 Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.
6 Beati, qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.
7 Beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur.
8 Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.
9 Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.
10 Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum.
11 Beati estis cum maledixerint vobis et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me. **12** Gaudete et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis; sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos.

*De sale terrae et de luce mundi: 5,13-16
(13: Mc 9,50 L 14,34s)*

13 Vos estis sal terrae; quod si sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras et conculceretur ab hominibus.

14 Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita; **15** neque accendent lucernam et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. **16** Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera et glorificant Patrem vestrum, qui in caelis est.

*4 hoc loco versum 5 habent C W S • 5 hoc loco versum 4 habent C W S
niam C W • 9 quoniam] add. ipsi W • 16 ~ opera vestra bona C*

9

- 4** Beati qui lugent: quoniam ipsi solamen recipient.
5 Beati qui sunt mites: quoniam ipsi terram hæreditario jure obtinebunt.
6 Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam: quoniam ipsi saturabuntur.
7 Beati qui sunt misericordes: quoniam ipsis misericordia tribuetur.
8 Beati qui sunt mundi corde: quoniam ipsi Deum videbunt.
9 Beati qui sunt pacifici: quoniam ipsi filii Dei vocabantur.
10 Beati quos persequuntur *homines* justitiae causa: quoniam ipsorum est regnum cœlorum.
11 Beati eritis quum vos convitiis affecerint, et persecuti fuerint, et mentientes dixerint quidvis mali adversus vos, propter me. Gaudete et exultate; quoniam merces vestra multa est in cœlis: ita enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante vos.
13 Vos estis sal terræ. Quod si sal infatuatus fuerit, quo salietur? ad nihil valet amplius, nisi ut abiciatur foras, et conculceretur a quibusvis.
14 Vos estis lux mundi. Non potest urbs occulti tari supra montem posita. Neque accendent lucernam, et ponunt eam subter modium, sed in candelabrum; et splendet omnibus qui sunt in domo. Ita splendeat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera, glorificantque Patrem illum vestrum qui *est* in cœlis.

• 7 quia] quo-

E 5,8
1 Th 5,5
Mc 4,21
L 8,16; 11,33

De lege adimplenda: 5,17-20

17 Nolite putare quoniam veni solvere Legem aut Prophetas; non veni solvere, sed adimplere. **18** Amen quippe dico vobis: Donec transeat caelum et terra, iota unum aut unus apex non praeteribit a Lege, donec omnia fiant. **19** Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum; qui autem fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum.

20 Dico enim vobis: Nisi abundaverit iustitia vestra plus quam scribarum et pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum.

*Non occides. De iudicio et reconciliatione: 5,21-26
(25-26: L 12,58s)*

21 Audistis quia dictum est antiquis: “*Non occides*; qui autem occiderit, reus erit iudicio.” **22** Ego autem dico vobis: Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio; qui autem dixerit fratri suo: “Racha”, reus erit concilio; qui autem dixerit: “Fatue”, reus erit gehennae ignis. **23** Si ergo offeres munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, **24** relinque ibi munus tuum ante altare et vade prius, reconciliare fratri tuo et tunc veniens offer munus tuum. **25** Esto consentiens adversario tuo cito, dum es in via cum eo, ne forte tradat te adversarius iudici, et iudex tradat te ministro, et in carcerem mittaris. **26** Amen dico tibi: Non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem.

De adulterio: 5,27-30

27 Audistis quia dictum est: “*Non moechaberis*”. **28** Ego autem dico vobis: Omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo.

29 Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum et

20 vobis] add. quia C W S • 22 vobis] add. quia C W S • 23 offers C
ciliari C | offers C; offers W S • 27 dictum est] add. antiquis C W S
add. quia C; add. quoniam W S

L 16,17

Ex 20,13
Dt 5,17

I J 3,15

Mc 11,25

Ex 20,14
Dt 5,18

18,9
Mc 9,47

17 Ne existimate me venisse ut dissolvam legem, aut prophetas: non veni ut *eam* dissolvam, sed **18** ut *eam* impleam. Amen quippe dico vobis, Usquedum præterierit cœlum et terra, iota unum aut unus apex nequaquam præterierit ex lege, **19** usquedum omnia facta fuerint. Quisquis igitur solverit unum ex praeceptis hisce minimis, et ita docuerit homines, minimus vocabitur in regno cœlorum: quisquis autem fecerit et docuerit, iste **20** magnus vocabitur in regno cœlorum. Dico enim vobis, Nisi abundaverit vestra justitia amplius quam *illa* scribarum et Pharisæorum, vos nequaquam ingressuros in regnum cœlorum.

21 Audistis dictum fuisse a veteribus, Non occides: quisquis autem occiderit, damnas erit iudiciorum. **22** Ego vero dico vobis, Quicunque irascitur fratri suo temere, damnas erit iudiciorum: quicunque vero dixerit fratri suo, Raca, damnas erit confessus: quisquis autem dixerit, Fatue, damnas erit gehennæ ignis. Igitur, si munus tuum obtuleris ad altare, et illic memineris fratrem tuum habere aliquid contra te; relinque illic munus tuum ante altare, et abi; primum reconciliator fratri tuo, **25** et tunc veni et offer munus tuum. Compone cum adversario tuo cito, dum es in via cum eo: ne quando te tradat adversarius iudici, et iudex te tradat ministro, et in custodia conjiciaris. **26** Amen dico tibi, Nequaquam exhibis illinc, usquedum reddideris ultimum quadrantem.

27 Audistis dictum fuisse a veteribus, Non moechaberis. Ego vero dico vobis, Quicunque aspicit mulierem, ut eam concupiscat, jam adulteravit **28** eam in corde suo. Quod si oculus tuus dexter facit ut tu offendas, erue eum, et

• 24 recon-

• 28 vobis]

proice abs te; expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. **30** Et si dextera manus tua scandalizat te, abscide eam et proice abs te; expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum abeat in gehennam.

*De repudio: 5,31-32
(32: L 16,18)*

31 Dictum est autem: “*Quicumque dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudii*”. **32** Ego autem dico vobis: Omnis, qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam moechari; et qui dimissam duxerit, adulterat.

De iuratione: 5,33-37

33 Iterum audistis quia dictum est antiquis: “*Non perierabis; reddes autem Domino iuramenta tua*”. **34** Ego autem dico vobis: Non iurare omnino, neque per *caelum*, quia *thronus Dei est*, **35** neque per *terrā*, quia *scabellum est pedum eius*, neque per Hierosolymam, quia *civitas est magni Regis*; **36** neque per caput tuum iuraveris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. **37** Sit autem sermo vester: “Est, est”, “Non, non”; quod autem his abundantius est, a Malo est.

*De retributione: 5,38-42
(39-42: L 6,29s)*

38 Audistis quia dictum est: “*Oculum pro oculo et dentem pro dente*”. **39** Ego autem dico vobis: Non resistere malo; sed si quis te percutserit in dextera maxilla tua, praeve illi et alteram; **40** et ei, qui vult tecum iudicio contendere et tunicam tuam tollere, remitte ei et pallium; **41** et quicunque te angariaverit mille passus, vade cum illo duo. **42** Qui petit a te, da ei; et volenti mutuari a te, ne avertaris.

30 enim om. S | abeat] eat C W S • 31 illi] ei C • 32 vobis] add. quia C W S • 39 in dexteram maxillam tuam C • 40 dimitte C • 41 illo] add. (+ et C) alia C W S

18,8
Mc 9,43

Dt 24,1
19,7
Mc 10,3s
19,9 Mc 10,11s

1 K 7,10s

Lv 19,12
23,16-22
Nu 30,3

Jc 5,12

Is 66,1 Act 7,49

Ps 48,3

2 K 1,17
Jc 5,12

Ex 21,24

Prv 20,22; 24,29
1 P 3,9

abjice abs te:

expedit enim tibi ut pereat unum ex membris tuis, ac non totum corpus tuum conjiciatur in gehennam. Et, si dextera tua manus facit ut tu offendas, exscinde eam, et abjice abs te: **expedit enim tibi ut pereat unum ex membris tuis, ac non totum corpus tuum conjiciatur in gehennam**.

31 Dictum est autem, Quisquis dimiserit uxorum

32 suam, det ei libellum abscessionis. Ego vero dico vobis, Quisquis dimiserit uxorem suam, extra rationem scortationis, facit ut ea mœchetur: et quisquis dimissam duxerit, mœchatur.

33 Rursum audistis dictum fuisse a veteribus, Non pejerabis, sed reddes Domino quæ tu juraveris. **34** Ego vero dico vobis, Ne jurate omnino: neque per coelum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum ejus; neque per Hierosolyma, quia urbs est magni regis.

35 Neque per caput tuum jures, quia non potes unum capillum album aut nigrum facere. Esto autem sermo vester, Etiam, etiam, Non, non: quod autem supra hæc redundat, ab illo improbo emanat.

36 **37** Audistis dictum fuisse, Oculum pro oculo, et dentem pro dente. Ego vero dico vobis, Ne obsistite improbo; sed qui te cædet in dexteram tuam maxillam, obverte ei et alteram: et ei qui velit tecum contendere, ac tunicam tuam capere, **41** dimitte illi etiam pallium: et quisquis te angariabit ad milliare unum, abi cum eo duo. Pe-tenti abs te dato: et volentem mutuari abs te, ne aversator.

SECUNDUM MATTHAEUM

*De dilectione inimicorum: 5,43-48
(43-48: L 6,27s.32-36)*

43 Audistis quia dictum est: “*Diliges proximum tuum et odio habebis inimicum tuum*”¹⁸. **44** Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros et orate pro consequentibus vos,¹⁹ R 12,14.20 **45** ut sitis filii Patris vestri, qui in caelis est, quia solem suum oriri facit super malos et bonos et pluit super iustos et iniustos. **46** Si enim dilexeritis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habetis? Nonne et publicani hoc faciunt?²⁰ **47** Et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne et ethnici hoc faciunt?²¹ **48** Estote ergo vos perfecti, sicut Pater vester caelestis perfectus est.

De eleemosyna: 6,1-4

6 Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis; alioquin mercedem non habetis apud Patrem vestrum, qui in caelis est. **2** Cum ergo facies eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritae faciunt in synagogis et in vicis, ut honorificantur ab hominibus. Amen dico vobis: Recepérunt mercedem suam.

3 Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, **4** ut sit eleemosyna tua in abscondito, et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

*De oratione. Oratio dominica: 6,5-15
(9-13: L 11,2-4 14-15: Mc 11,25s)*

5 Et cum oratis, non eritis sicut hypocritae, qui amant

44 vestros] add. benefacite his qui oderunt vos C W S | consequentibus] add. et calumniantibus C W S • 45 quia] qui C W S | ~ bonos et malos C W S • 46 dilexeritis] diligitis C; diligatis W S | habebitis C W S • 48 sicut] add. et C W S ¶ 6,1 habebitis C W S • 2 facies] facis C

5,43-6,5

43 Audistis dictum fuisse, Diliges proximum tuum, **44** et odio habebis inimicum tuum. Ego vero dico vobis, Diligite inimicos vestros, benedicte iis qui exsecrantur vos, benefacite iis qui oderunt vos, et orate pro iis qui vobis sunt infensi, **45** et consequuntur vos: ut sitis filii Patris illius vestri qui est in cœlis: facit enim ut sol suus exoriatur super improbos ac bonos, et pluit super justos et injustos. Nam si dilexeritis eos qui diligunt vos, quam mercedem habebitis? nonne **47** et publicani idem faciunt? Et si complexi fueritis fratres vestros solum, quid amplius facitis? nonne **48** et publicani ita faciunt? Estote igitur vos perfecti, ut Pater vester ille, qui est in cœlis, perfectus est.

6 ATTENDITE ne justitiam vestram exerceatis coram hominibus, ut spectemini ab eis: alioqui mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui **2** est in cœlis. Itaque quum præstabis eleemosynam, ne curato buccina cani coram te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis et in plateis, ut gloriam consequantur ab hominibus: amen dico vobis, **3** Perceptam habent mercedem suam. Quum vero tu das eleemosynam, ne noverit sinistra tua quid **4** faciat dextera tua; ut sit tua eleemosyna in occulto: Pater autem tuus, qui te aspicit in occulto, reddet tibi in propatulo.

5 Et quum orabis, ne esto ut hypocritæ; amant